Augsburg, um 1480/1500 

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek





Audientes autem gentes gaudebant. et glorificabat verbum dni. Et crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam eternam. Disseminabatur autem verbum dni per universam regionem. Iudei autem concitaverunt religiosas mulieres et honestas et primos civitatis. et exortaverunt persecutionem in paulum et barnabam. et ejecerunt eos de finibus suis. At illi excusso pulvere pedum in eos. venerunt iconium. Discipuli quoque replebantur gaudio et spiritu sancto. Alla. Laudate dnm omnes gentes et collaudate eum omnes populi.

Nullo t. Surgens ihs de synagoga introivit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus et rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam imperavit febri. et dimisit eam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset. omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse xpm. Facta autem die egressus ibat in desertum locum. Et turbe requirebant eum: et venerunt usque ad ipsum. Et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum dei, offertorium. Emitte spm. Secreta. Ut accepta tibi sint dne nra munera. pro nobis qs hujus mysterii sacramento purificati tibi pectus offerre. P. Co. Non vos relinquam orphanos venio ad vos iterum alla et gaudebit cor vrm alla alla. Iplin. Orbeat nobis dne divinum tua sancta tueatur. quo cor pter et actu delectemur et tueamur. P. Dnica. Quocta pentecos. Ps dnm. per totum ut in die. Lo libri apocalypsis. b. Johis apli. In diebus illis. Vidi ostium apertum in celo. Et vox prima quam audivi tamquam tube loquentis mecum dicens. Ascende huc et ostendam tibi que oportet fieri post hec. Statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo. et super sedem sedens. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine. et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor. et super thronos viginti quatuor seniores sedentes circumamicti stolis albis. et in capitibus eorum coronae aureae. et de throno procedebant fulgura et voces et tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum qui sunt septem spus dei. Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum similе cristallo. et in medio sedis. et in circuitu sedis